



Inc. 80 - 500



Oratio Antonii Manlii Britonorien-
 sis pro Britonoriensibus: ad Alexandrum
 Sextum Pontificem Maximum.

Vdi & condidisti fons fons Pont. que hodie
 dicitur. fons et ara necessaria & admirabi-
 li & divina creatione & congratulatione &
 obedientia Britonori Ciuitatis tue: quam
 pro situ & amoenitate locorum si aspiceres Beatissime pa-
 ter: ortum hesperidum puellarum tuarum diceres et pro sa-
 lubritate aeris insulas beatas fore appellares. Et pro ini-
 cio & augmento & pace reuera humanarum eandem Sici-
 liam censeris: que fuit olim esca & irritamenta bellorum
 & victoria & quies Imperii totius orbis Ro. Reipu. ac-
 quies. In provincia & fons sine corporum & ami-
 conum hostionum dominum ipse pater populū Ro-
 manum iudiceres. Qui duce Romulo Sabinos uicit &
 urbem auxit. Et pro concordia & constanti & inuicto
 animo Saguntum urbem celebrantem Hispanie arbi-
 trareris. Et pro fide & caritate erga ecclesiam Iesu xpi
 dñi nri populi dei & martires: & si opus erit pro ipsa mo-
 ri proclivem existitares. Et quia sita est in medio Ro-
 mandiole provincie sediciose & bellicose que fuit Co-
 lonia Romanorum & presertim Gotorum bello capti-
 va Romanis in hac provincia collocatis: Romanosola
 ergo nominata est pro te & Ro. ecclesia ueluti noua Car-
 thago in medio duarum Hispaniarum pro Carthaginen-
 sibus aduersus Romanos robur: & propugnaculum a





Oratio Antonii Manilii Britonorien-
sis pro Britonoriensibus: ad Alexandrum
Sextum Pontificem Maximum.

A Vdi & cordi fige summe Pont. quæ hodie
dicturus sum de tua necessaria & admirabi-
li & diuina creatione & congratulatione &
obedientia Britonorii Ciuitatis tuæ: quam
pro situ & amœnitate locorū si aspiceres Beatissime pa-
ter: ortum hesperidum puellarum tuarū diceres et pro sa-
lubritate aeris insulas beatas fore appellares. Et pro ini-
cio & augmento & pace rerum humanarū eandem Sici-
liam censeris: quæ fuit olim esca & irritamenta belloxū
& uictoria & quies Imperii totius orbis Ro. Reipu. ac-
quisiti. Et pro uirtute & fortitudine corporum & ami-
corum nostrorum hominum ipm̄ priscum populū Ro-
manum iudicares. Qui duce Romulo Sabinos uicit &
urbem auxit. Et pro concordia & constanti & inuicto
animo Saguntum urbem celeberrimam Hispaniæ arbi-
trareris. Et pro fide & charitate erga ecclesiam Iesu xpi
dñi nri popl̄m dei & martires: & si opus erit pro ip̄a mo-
ri procliuem existimares. Et quia sita est in medio Ro-
mandiøle prouintiæ sediciosæ & bellicosæ quæ fuit Co-
lonia Romanorum: & præsertim Gottorum bello capti-
uis Romanis in hac prouincia collocatis: Romandiola
cognominata est pro te & Ro. ecclesia ueluti noua Car-
thago in medio duarum Hispaniarū pro Carthaginen-
sibus aduersus Romanos robur: & propugnaculum a



tua sanctitate & Ro. ecclesia plurimi existimanda. Nam
Beatissime pater si tota puincia & fides rebellaret a tua
beatitudine & Ro. ecclesia: hac ciuitas tua Britonoriu
ipius natura loci & artificio & ingenti amore fide incredi
bili: concordia eterna: fortitudine inuicta: ipius hominu
inunita & inexpugnabilis pro tua sanctitate & Ro. ec
clesia sola est idonea ad recipienda ac recuperanda to
tam Romandiolam puinciam & fide xpi dñi nostri au
gendam: Hec tua ciuitas Britonorium est antiqua & di
uersis noibus appellata: Romanis ac Hierosolimis inco
lis nobilior. Hac est ciuitas qua olim Fridericus Impe
rator cum Alexandro summo Pont. ac Romanae eccle
siae oes ciuitates & puincias restituerit: hanc sibi solam
excepit: forsan hoc animo ut si aliquando uellet Ro. ec
clesie iterum bellu inferre: hac sola ciuitate posse facili
ter hanc totam prouinciam recipere: qua capta & colle
cto exercitu ex ipsius robustissimis ac bellicosissimis
militibus equitibus centurionibus imperatoribus Pan
dulfo: Charolo: Sigismundo: Roberto Malatesta Sfor
tia Francisco: Alexandro Hestore Fauentino: aliisque in
numerabilibus inuictis ducibus: facile oes alios exerci
tus superare: & reliquas ciuitates & puincias Ro. eccle. sub
igere & dñari posse. quibus captis sperabat tota Italiam
submittere: & Italiae auxiliis toti orbi impare. Aduerte
igit o summe Pont. quate existimatiois sit hac tua ciui
tas tuae sanctitati sedique aplice necessaria pro cuius opor
tunitate & uirtute ipius hoim ama & dilige hanc tuam
ciuitatem que te summo amore: summa fide mirabili in

2

tegritate te amat: te colit: totisque uiribus te amplectitur.
Quaprimo accepit nomen tue diuinae creationis prima
sacrificiis uenerata est & crebris ignibus: tonitruis bel-
licos: ludis: iocis: diuersis hymnis laudibus celebrauit.
Et etiam nos pro tuo populo & forsan non mentirer pa-
ter sancte si dicerem pro tota prouincia & toto mundo
misit legatos: ut de tanta tua noua & miranda genitura
& diuina gloria qua nunc fuit ex spiritu dei qui te eleua-
uit: qui te introduxit ad hunc summum pontificatum con-
gratulandum ueniamus. Seruitutem & obedientiam tuam
beatitudini prestamus: & ab ea supplicemus iura omnia &
priuilegia quae olim Pontifices tui proauis nobis conce-
serunt: pro tua diuina clementia concedere & confirma-
re & augere digneris. Non tamen te pigeat audire o sum-
me Pont. rationes de congratulatione tuae necessariae &
oportunae regeneratiois. Sed prius dicam de diris influ-
xibus caelestibus qui seditiones christianorum & ingentia
bella inter eos conflabunt. Quibus praedae: homicidia in-
cendia: depopulationes ciuitatum: earumque interitus fi-
desque domini nostri iesu christi pene deseret: totaque ecclesia Ro-
fere destinet: bella externa & ciuilia ingentem famem pe-
stes sentiet. Truculenta bella: proeliaque Turchorum plena
sanguine cedet strage hominum patiet. Quibus o sum-
me Pontifex accedit furor diuinus. Caeli & stellae ostē-
dunt iram dei & furorem suum. Testificat o pater sancte
coniunctio proxima Iouis & Martis in Leone signo cae-
lesti sub quo urbs Ro. constituta est. Testificat retrogra-
datio Martis per signum Virginis: sub quo fide nostram

incepisse uolunt. Testificatur oppositio Martis in Leone ad Saturnum retrogradum in aquario signo humano constitutum Leoni; & Romæ Italiæq; toti Regibus Principibus ipsius oēs tres acerbè irascuntur superiores. Cum Saturnus quoq; pisces ingrediet ad quem Mars maturabit egrotā te Ioue una cum aliis diris constellationibus cælisq; nouis factis; Hæc mala xpianis totiq; mundo protendit; & hæc eunte signa de altera noua & diuina regeneratione: de qua nunc non ausim o summe Pontifex prædicare atq; contestari: relinquimus in potestate eius qui cælos facit & fecit: & qui signa cæli & planetas nouos & secula noua fabricat. His de causis redeo ad congratulationē nostram aures attentas præsta Beatissime pater ad hoc misterium sacratissimū. Visa pulcherrima tuī corporis maiestate totaq; eius harmonia equaliter referenti harmoniæ cælesti eiusq; totam potestatem recipiēti iudicauimus animam tuā & deum in ipso tuo corpore instrumento suo libere omnis uires suas agere: & arbitrio suo exercere ad oēs res humanas diuinasq; quar; cognitione atq; exercitatioē in te & in tali homine cognoscit illa diuina uniuersalis sapiētia: de qua Aristoteles & Plato in suis Ethicis & de Repu. scribunt hoīes qui tali sapientia constituti sint solos natos ad ingentes Resp. & totum orbē gubernandū. Aiuntq; eas beatas fore quæ a talibus sapientibus gubernantur. Hermes & Dyonisius in sua hierarchia nasci & renasci idoneos oīa naturalia permutare posse: & angelos cælestes & diuinos cōtrahere influxus cælor; ad suum arbi

3

trium permutare uitam humanā lōgeuam & interdum;
sed tñ raro immortalē facere ingentes exercitus prouin-
cias:magna imperia:non armis:nō insidiis:nō copiis pe-
ditum equitumq; Sed solo rubo & uirga Mofayca uin-
cere atq; subuertere . Hac sapiētia pater sancte circa res
humanas tātum usus est Cīrhus Rex Persarū . Usus est
Alexander magnus . Usus est Pīrrus Rex Epirotarum .
Usus est Iulius Cæsar:& Octauius: & Titus Vespasia-
nus totius mundi Imperatores . Mixtīm uero usus est
Abrahā: Isaac: Iacob: Ioseph: Moyses: Dauid: Salomon
Iosue Iudas Machabeorū . multiq; alii quos dimittimus
breuitatis grā . Isti . n . Pater sancte carnē & deū cogno-
uerunt . mūdo utebantē tanq̄ nō uterentē : et deo usi sunt
ut fruerentē . Isti fuerūt ueri Philosophi : ueri Theologi
ueri sapiētes . Isti mutarūt terrā: mutarūt aerē: mutarunt
influxus cęlorū: noningētos et mille annos solares uixe-
runt . Quecunq; uoluerē suo arbitrio facere poterunt: nī
hil quicq̄ impossibile sibi fore existimarūt . Ex horū nu-
mero & nō fallor pater sancte ex tribu Dauid orti et ori-
untur et orientē oēs summi Pont . usq; ad illud seculum
hoc est regenerationē: de qua paulo ante dixim⁹ in qua
sol et luna nō deficient amplius . Lux eterna umbrā ter-
rę priamidē suā ad globum lunæ mittere nō patiet sub
terra tenebit eā perpetuo . Deus igit te ex his et ex gre-
mio suo nostris tpibus præsertim pximis futuris pcel-
lis uoluit te natū et ellatum ad hunc summū pontifica-
tum: ut his quę nūc uidemus nūc sentimus plenīs inui-
diā: plenīs auaritiā: plenīs luxuriā: plenīs imanitatē: ple-

nis: oīmq; impietate: tota deniq; uita adulterata sedeas
cum ptate benedicēdi: corrigēdi omne genus humanū
ab erroribus suis: & sacri legis impiisq; & ab horrendis
calamitatibus futuris prouideas atq; liberes nos preter
tim xpianos nosq; iustitia. pace: sanctitate. clemētia: cha
ritate gubernes. Hostes fidei nrę nō bello: nō exercitu:
nō proeliis: nō effusione sanguinis: nō pditione aliqua
perdas: sed sola tuæ diuinitatis recognitione libero aīo
feruore assiduoq; desiderio cū incēdio & furore tuæ spū
alis ptatis dissipēs: atq; sola tua maledictiōe interficias.
Sic sic btissime pater merito cōgratulatum uenim⁹: qā
audiuimus & uidem⁹ te in hoc sacratissimo diuino tro
no sedentē: & quia te talē inspiciamus qualem Resp. nra
xpiana expectabat. Te prudentiæ: te temperantiæ: te iusti
tiæ: te animi fortitudinis: teq; ipius totius uniuersæ sapi
entia plenum contemplamur. Tu solus pater sancte ta
lis es qui si modo uolens tibi metipsi atq; tui suorumq;
met scientibus credere: mutabis mores hoīm: mutabis
celorū influxus qui corā te inueterati sunt. Tu solus es
qui Iosue solē firmabis. Tu solus es qui potes ut Heli
as facere ut celū nō pluat. Tu solus es qui ut Dauid cla
ua Goliā solo signo crucis Turchos infestissimos Ita
liæ fideiq; nostræ cōterere & ad nihilū reducere poteris
Tu solus es qui a dracone uenenofo deuoratissimo: de
niq; a peste uniuersali redimere atq; penit⁹ liberare. Tu
solus es qui ut Noe iminens diluuiū dissolues. Tu so
lus es qui ut Matusalē longeuos annos tibi met & aliis
largiri poteris: ideo si uolueris ut ante dixim⁹ exire pau

4

lisp er a tuo corpore & recognoscere te ex luce & uita na-
tum & nuper ex carne & spū regeneratū oīa amplecta-
beris: in centrū terræ penetrabis: in mare & in celū & su-
pra celos uolabis: & nihil quicq̄ ipossibile in te ponas.
corpus corporeū cum spū corporeo: & spīritū corporeū
cum spū spiritali: & spūm spiritalē cum spū spirita-
li coniunges: terrena cū celestibus celestia cū diuinis: &
diuina cū celestibus & terrenis cōmutabis atq; coniu-
ges. Sic tabernacīm tuum cū tabernaclo Moyli et He-
lia: ut ait Petrus ad xpm Iesum dñm nrm facere pote-
ris. Quāobrem pater sancte ut tres Magi ad xpm dñm
nostrum Aurum: Thus: Mirrhā offerētes ostenderunt
Iesum xpm esse uerū unicum filium dei: terrena celestia
diuina cognoscere: & hęc oīa esse in sua ptāte permuta-
re: suo arbitrio oīa renouare & lucere: atq; eterne uiuere
facere. Sic nos merito cōgratulatum uenimus ad hanc
tuam hodiernā corruscantē geniturā: & pro muneribus
et insignis tuæ diuinæ potestatis Aurum: Thus: Mir-
rham. hoc est terrena celestia diuina: possessiones: libe-
ros: uxores: nosmetip̄os amorē: fidem: fortitudinem cor-
poris et animi erga tuā beatitudinē offerimus. Quēad-
modum nos pater sancte libera: sincera fide: singulariq;
integritate totoq; corde tuæ sanctitati continuo sacrifi-
camus. Ita supplicamus ut tua beatitudo: amore: clemē-
tia: charitate in gremio tuo in sinu tuo nos fideles ser-
uos tuos reponas: Iura: priuilegia nostra cōfirmes et au-
geas: et grām tuam pręstes nobis dñe obsecramus.

¶ FINIS.

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001958981

Inve. 30-82

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Inc. 30⁸⁰

45656

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001958981

Inve. 30-8 au

